



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Apollo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

APOLLO. C AP. II.

Virg. En. l. **F**uit autem, ut dictum, fera hæc plerisque locis Apollinis memoriae dedicata, ejusque simulaci
g ubi etiam ea afferitur causa, quod oculorum acie potens adeo sit, ut noctis tenebras evincat, acutissimo
Lopus, dici- quippe polleat visu, intempestaque nocte etiam Luna fileat, clarissimè tamen intueatur; & in pra-
sor Martis, dis invadendi post nocturnam famen antelucanum tempus observet, à Sole autem totum est lu-
Lopus Apol- cis beneficium. Utraque vero de causa, & quod potens lumine esset, & quod ante lucem prodiret ad
lini dicat9 prædam, Lycopolitana Thebaidos in Ægypto civitas hieroglyphicum Lupi forma Apollini dedi-
cavit, eique in Lupi specie sacra faciebat: tantoque apud eos cives cultu habitus est, ut cum Lu-
pum tamquam Deum venerarentur, soli ex Ægyptiis Ovibus vescerentur. Hinc ipsum Solem Ho-
Macro. idem merus λύκη φέτην vocat, non ea quidem causa, quod in Lyca genitus credatur (nam fabula hæc
Saturn. l. i. cap. 17. ut Heraclides Ponticus afferuerat, recens admodum est, neque temporibus Homeri adhuc cuique
Hom. Iliad. lib. 4. innotuerat) sed veluti diem ήραν, propterea quod ήρα, hoc est, diluculum generet, ita Solem ήραν
ηραν dixit, quod matutini splendores author ipse sit, vel potius quod Lycabanta progeneret, hoc
est, annum, cui nomen, ut nonnullis placet, à Lu-
porum similitudine quadam inditum: illi siqui-
dem auctos imbris fluvios transturi, caudas
mordicus invicem apprehendunt, longoque or-
dine seriatim aquis immerguntur, tutoque tran-
seant, id quod Sol ipse in animalibus Signiferi
prætereundis tacere videtur, dum continuata
quadam serie finem unius, alterius principium
facit. Sane aliquot in signis Apollinis Lupos ad-
sculptos videas, de quo diximus in Ancilibus.
Colebatur & apud Athenienses in Apollinis gra-
tiam Lupus; quique forte animal id interfecisset,
Athenis Lu- pi septie-
banitur. lege damnationis promulgata parare jubetur,
quæ ei funerando forent necessaria: ut ita magi-
stratus quod sui juris esset officium executi vide-
rentur, & religione Respublica solveretur. Eam
hujusc cultus nonnulli caufam memorant, quod
Latona prægnans per 12. dies in Lupum transmutata, Delon se contulerit, ubi illi facultas pariundi
fuit: quapropter Lupæ certa anni dimensione omnes intra dierum 12. spatium pariunt, quod Philo-
stephanus tradidit Commentariis, de quo inferius latius.

MARS. C AP. III.

Lupus Mar- **M**arti idem dedicatus, sive, ut est in fabulis, propter Romuli Remique educatum, quod de-
ti dicatus. triet Festus, qui velit non à ruma, sed à virtutum magnitudine utriusque fratum inditum no-
men, quod πάρον, notum apud Græcos vocabulum, fortitudinem significet, ut inde scilicet ii no-
men adepti sint, veluti Δέσποτης αλεξινός Alcides sive propter ipsam voracitatem, quæ in bello crudeli-
vora est; inde in Sacris etiam literis legas, Gladius meus devorabit carnes. Hinc & Mavorti nomen,
ut nonnulli arbitrati sunt, quasi mares vorantem dicere voluiscent: bellatores enim mares esse
debere, & mares dici, alibi ostensus. *Martios* porro Lupos Virgiliius, *Martiales* Horatius vocat. Et
apud Plautum eos in tutela Martis cognoscit Strabax adolescentes, ita profatus: *Fuit aedepol Martis meo*
Lupina au- *intra patri: nam Oves illius haud procul absunt à Lupis.* Græci sane Poëtae λυκόφεροι vocant stre-
dacia pro- nuos bellatores: validi enim omnino sunt Lupi, & in fallendis hostibus astutissimi. Robur vero eo-
ditus. rum plurimum in armis est, ut apud eundem Plautum:
Hesychius. *Quasi Lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.*

